

## Dominica prima

neum rorem: ii. Omnes montes & col-  
les & ædificia in puluerem redigentur:  
12. Omnia animalia venient de deser-  
tis & montibus ad campos , mugientia,  
nihilque gustantia:13 Omnia sepulchra  
aperientur. 14 Omnes homines de ha-  
bitaculis recedent , non intelligentes,  
neque loquentes sed discrūentes : 15.  
Omnes morientur , & resurgent cum  
mortuis diu antè defunctis. Ex sermonib.  
de emp. afol. 7 pag. 7. ad fol. 8. pag. 1.

S. E P H R A M sermo de sæculi consum-  
matione, ac secundo Aduentu Domini,  
q[uo]d usque terrilitate multū pertimes-  
cendā; necnon de Regno iustorum suc-  
cessionē carente , æternōque supplicio  
peccatorum. Tomo I. pag. 161.

Eiusdem sermo de secundo Domini  
Aduentu , in quo iustos in spem salutis B  
erigit , bonos in proposito rechè viuendi  
confirmat : malos autem à vitijs & prauis  
consuetudinibus deterret , descrip-  
tione horroris ac terroris iudicij ex-  
tremi. Tomo I. pag. 239.

Eiusdem sermo paræneticus de eodem  
2. Aduentu, in hoc sermone multa  
& præclara dicit ; I. Vitam in melius  
commutandam dum tempus datur,  
ostendit ; II. Modum Deum nobis re-  
conciliandi, docet; III. Terrorem iudicij  
proponit IV. A peccando iniquos  
deterrere conatur : V. Certitudinem  
infallibilem iudicij ex scripturis efficac-  
iter demonstrat : VI. Varios inferni  
ac damnatorum cruciatus enumerat.  
Tomo 2. pag. 493.

I. G E R S O N i sermo in Euangelium  
hodiernum , in quo tria tanguntur ; I.  
Iudicium vniuersale , cum quibusdam  
notis litteralibus; II. Iudicium particu-  
lare , quod fit in morte cuiuslibet homi-  
nis. III. Peccatum luxuriæ , & quid sit  
facturus impudicus , quóve se abscons-  
furus quando veniet postremi iudicij  
dies , deplorat Tomo 2. parte 4. col 316.

S. G R E G O R I I. M A G N I homilia  
Euangelicæ lectionis, in Basilica B. Pe-  
tri ad populum habita , in ipsa textus,  
juxta sensum litteralem & tropologi-  
cum explanatur. Agit autem præcipue ,  
de mundo senescente quem homini  
comparat; de iudicij ultimi proximi-

A tate ; & de mundi regno non diligendo  
quod citè transit , sed Dei quærendo  
quod stat & permanet. Tom. 3. homil. 1.  
in Euang. col. 2.

G V E R R I C I A B B A T I S sermo de  
Aduentu Domini, in illud Apostoli sal-  
uacorem expectamus , de expectatione iu-  
storum differit, docet autem quod sicut  
Ecclesia in antiquis iustis expectauit.  
Aduentum primum, sic in nouis , ( vi-  
nam & in nobis) reexpectat secundum:  
qua propter patienter sustinendum, quia  
citè venit & non tardabit, & si moram  
facit, suspenditum eligat anima nostra,  
& in cruce perferueret, vt in nobis illud.  
Ore 11. compleatur. pendebit populus mens  
ad redditum meum. Serm. i. Dom. I. Aduent. à  
pag. 1. ad pag. 7.

\* G V I L L E L M I P A R I S I E N S I S, Ser-  
mo 1. in Epist. hæc verba, Hora est iam nos  
de somno surgere, Rom. 13. Ad eūtus Chri-  
sti triplicem aduertit sc. in carnem, in  
mente ut peccatori peccata remittat,  
& ad iudicium sive particulare sive v-  
niuersale: Christo occurredum docet;  
Quantum ad primum. De tanto bene-  
ficio gaudendo, & Deo gratias agendo,  
humilitatem eius , imitari desiderādo:  
factum parvulum pro nobis ardentis dilec-  
tione amplectendo. attendentes mi-  
sericordię eius immensitatem in eum  
sperando. Quantum ad secundum. Per  
triplicem misericordiam in dando, di-  
mittendo , mutuando & triplicem ve-  
ritatem contritionis, confessionis & sa-  
tisfactionis. Quantum ad tertium. Me-  
moriam mortis suæ & districti iudicij.  
fol. 1. 2.

Eiusdē, sermo 2. ex superioribus ver-  
bis concludit , Peccatorem dormienti  
esse similem, & sine dilatione à peccato  
esse surgendum. I. Peccatorem dor-  
mienti comparat quia somnus est quæ-  
dam imago mortis , dormiens credit  
se veris deliciis vti cum falsis fruatur,  
dormientibus videntur esse illa peri-  
cula quæ in veritate non sunt, dor-  
miens dum dormit non intelligit erro-  
rem suum. II. Surgendum quantociū  
esse à peccato: peccatum enim, ignis  
est deuorans omnia bona interiora,  
immundum supra lutum cruciat &